Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



c lv

his que dicebant de illo. Et benedixit illi symeon: & dixit
ad mariam matrem ei. Ecce positus est hic in ruinam
& in resurrectionem multorum in isr'. & in signum cui contra
dicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. ut re
uelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna
prophetissa filia phanuel de tribu asser: hec processerat in
diebus multis. & uixerat cum uiro suo annis septem a uir
ginitate sua. Et hec uidua erat usq; ad annos octoginta
quatuor: que non discedebat de templo. ieiuniis & orationibus
seruiens die ac nocte. Et hec ipsa hora supueniens con
fitebatur deo: & loquebatur de illo: omnibus qui expecta
bant redemptionem israhel. Et ut perfecerunt omnia secun
dum legem dei. regressi sunt in galileam in ciuitatem suam naza
reth. Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapientia: &
gratia dei erat in illo. In oct' dñi Ad galathas

Fratres: Priusquam ueniret fides sub lege custodiebamur
conclusi in eam fidem. que reuelanda erat. Itaq; lex peda
gogus noster fuit in xpo: ut ex fide iustificemur. At ubi ue
nit fides: iam non sumus sub pedagogo. Omnes enim filii dei es
tis: per fidem que est in xpo ihu. Quicumq; enim in xpo baptizati es
tis: xpm induistis. Non est iudeus neq; grecus: non est seruus
neq; liber: non est masculus. neq; femina. Omnes enim uos u
num estis in xpo ihu. Si autem uos xpi estis: ergo abrahe se
men estis. secundum promissionem heredes. Dico autem. quod quo
tempore heres paruulus est: nichil differt a seruo. cum sit do
minus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est. usq; ad prefini
tum tempus a patre. Secundum lucam

In illo. t. Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideret

161